Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26011
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dicare · iudicii futuri dicit · Ideo cum ascendit · ut uenat iudicare uiuos
et mortuos · Nemo iustius iudicabit · quia qui iuste iudicatus est · Cui aut dixisse
dns ibi uerax qui me misit · non intellexerunt iudei quid de patre illis diceret
Et ait illis · quomodo cum legatis audistis · Cum exaltaueritis filium hominis · tunc
cognoscetis quia ego sum · Et a me ipso facio nichil · s: sicut docuit me pater hec
loquor · Quid est hoc · Nichil enim aliud uidetur dixisse · nisi eos qui post passi
onem cognituros quis essent · Et culdubio quia uidebat ibi aliquos quos ipse nouerat ·
quos ipse certis seis suis ante constitutionem mundi presciendo elegerat · per passio
nem sua credituros · Et a me ipso facio nichil · s: sicut docuit me pater hec loquor ·
Ita gaudere ceperat sabellianus errores sui occasione cepta · stani ut se tanq.
in obscuro exultet sequentem duce confuso · putauerat eum esse patrem · et dixit ego
sum · Audi quia filius est · a me ipso facio nichil · Quid est a me ipso facio nichil ·
a me ipso non sum · Filius enim a patre est ds · s: non de deo · Filius est lumen de lumine · pater
aut lumen s: non de lumine · Filius est · s: est de quo · Pater autem est · s: non est de quo · Quid est quod
addidit sic docuit me pater hec loquor · nonne uerum obrepat cogitatio carnalis
fragilitatis mea · Non enim potest humana infirmitas cogitare · nisi quod consueuit facere
et audire · Solete enim uobis quasi duos homines ante oculos ponere · unum patrem
alterum filium · et loquentem patrem ad filium · sicut facitis tu quando uerbo aliquo dicis
filio tuo · monens eum et instruens quomodo loquatur · ut quecumque audiuit ante commen
dat memorie · cum commendauerit memorie proferat lingua · distinguat personas · in
forat aures alienis quod percepit in suis · Nolite ita cogitare · ne in corde uestro idola
fabricetis · humana forma humanorum linamenta membrorum · figuram carnis · sensus istos
conspicuos · staturam motusque corporis · linguae officium · distinctionem sonorum · Nolite
nulla trinitate cogitare · nisi quod pertinet ad formam serui · quam accepit unigenitus
filius · cum uerbum caro factum est · ut habitaret in nobis · Ibi nonne prohibeo humana
infirmitate cogitare · quod nostis · immo etiam cum pedello · si fides uiue uera est · tale christum
cogita · sed de maria uirgine · non de deo patre tale cogita · Infans fuit · creuit

b · pater autem non est de filio dicit ·